

**6776** C. Iulio Maeandro | socero | L. Popili Primi<sup>1</sup>, | Afri et cives | Romani Suenses | ex aere collato | ob meritum | d. d.

*Schauwäscher, non longe a valle Bagradae, a Membressa (Medjez-el-Bab) 9 chil. sept. versus (Bull. arch. du comité des travaux hist. 1894 p. 321). — 1) Idem cum Popilio Faustino posuit titulos VIII S. 14808. 14809.*

*Aliam inscriptionem ibi repertam dedi supra N. 5572.*

**6777** imp. Caes. divi | Traiani Parthici | f. divi Nervae | nepoti Traiano | Hadriano Aug. | pontifici max., | trib. pot. XIII<sup>1</sup>, | cos. III, p. p. | cives Romani qui | vico Hateriano | morantur<sup>2</sup>.

*Henschir Zengru, inter Henschir Tarf esch Schna, ubi fuit municipium Apisa maius, et Bir Magra (Bull. arch. du comité des travaux histor. 1893 p. 256). — 1) A. 129. — 2) Episcopi a Vico (H)ateri vel Vico-(H)aterienses memorantur in actis ecclesiae (coll. Carth. a. 411 c. 198 [Mansi act. concil. 4, 446]; not. Byz. 94; conc. Carth. a. 525, ep. synod. pr. Byz. a. 649 [Mansi 10, 927]; ex his apparet, locum fuisse intra fines provinciae Byzacenaе temporibus Diocletiani constitutae).*

**6778** imp. [Caes.] | divi [Traiani] | Parthi[ci fil. divi] | Nervae nep. Traiano Hadriano | Aug. pontif. max., | trib. pot. XII<sup>1</sup>, cos. III, p. p., | cives Romani cultores Larum et | imaginum Aug. s. p. f.

*Tipasae in Numidia (VIII S. 47143; Bull. Comité trav. hist. 1896 p. 277). — 1) A. 128.*

**6779** imp. Caesari T. Ae[lit]o | Had[riano] Anton[ino] | Au[g., c]on-  
ditori munic[ipi] Gigthenses pu[blice].

**6780** M. Servilio P. f. Quir. | Draconi Albuciano | Hviro, flam. perp., | quod super multa in remp. | merita et amplissimum | munificentiae studium | legationem urbicam gratui[tam] ad Lati[um] maius<sup>1</sup> | pe[tendum] duplicem susce[perit] tandemq. feliciter | renuntiaverit, ordo publi[ce] ponendam censuit, et | cum is honore contentus | pecuniam rei p. remis[isset], populus de suo posuit.

*Gigthi (Bu Ghara) ad Syrtim minorem rep. (Cagnat Comptes rendus de l'Ac. des inscr. 1902 p. 57. 58). — 1) Cf. Gai. 1, 96: maius est Latium, cum et hi, qui decuriones leguntur et ei qui honorem aliquem aut magistratum gerunt, civitatem Romanam consecuntur; minus Latium est, cum hi tantum, qui vel magistratum vel honorem gerunt, ad civitatem Romanam perveniunt. Cf. Hirschfeld zur Gesch. des lat. Rechts (1879) p. 2 seq. Mommsen Zeitschr. f. Rechtsgesch. Rom. Abth. 25, 1902 p. 51. Infra N. 6781 not. 1; item N. 6848.*

**6781** T. Flavio T. fil. | Quir. Gallico | proc. Aug. prov. | Afric. tract. Kart., | [pra]e[fe.] classis (deinde plura evanida) . . . Hadri[an.] . . . dato (rursus nonnulla evanida), | decuriones c. R.<sup>1</sup> et | [mun]icipes [T]hisi-  
duenses<sup>2</sup>.

*Krisch el Wäd in valle Bagradae, ubi fuit Thisiduo (VIII 4269. 44763 Schmidt recognovit ad ectypum). — 1) Cives Romani. Apparet Thisiduenses Latio maiore donatos fuisse (cf. N. 6780). Minus Latium habebant civitates Hispanae, ad quas pertinent tituli supra editi N. 1981. 1982, item Salpensa (N. 6088). — 2) Cf. supra N. 4498 (not. 3).*